



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 102. Saxoniae Electoris Literæ ad Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

„fuiſſet, ſi transactioni Juterboceniſi  
 „partes omnes ſtetiffent“.

Sæc. XVII.  
 A. C. 1615.

§. CII.

*Saxonix Electoris literæ ad  
 Cæſarem.*

Recitato hoc Electoris reſponſo Corre-  
 ſpondentes Ordines mox aliam ad  
 eundem decreverant legationem, qua  
 tamen non audita Elector ipſemet datis ad  
 Cæſarem literis eidem hæc expoſuit; mi-  
 nime ignoro, „quod Cæſarea Majeſtas  
 „veſtra adverſus Aquisgranenſes, &  
 „Mulheimenſes eo duntaxat fine expe-  
 „ditionem ſuceperit, ut occultis fœdera-  
 „torum Belgii Ordinum, qui Juliacum  
 „occuparunt, conſiliis obviam iret, Cæ-  
 „ſaream auctoritatem tueretur, Juſti-  
 „tiæ curſum promoveret, & quod æ-  
 „quo judicio decretum eſſet, in execu-  
 „tionem tandem deduci curaret, ac  
 „demum, omnium Competitorum jura  
 „facilius diſcutere, & unicuique, quod  
 „ſuum eſſet, attribuere valeret: haud ta-  
 „men diſſimulare poſſum, quod hæc pa-  
 „terna Cæſarea Majeſtatis veſtræ ſollici-  
 „tudo non ab omnibus probetur, ſed  
 „proprium commodum ſubefſe credatur:  
 „proin debita ſubjectione rogo, ut ſua  
 „Majeſtas hanc expeditionem ita mode-  
 „retur, ne ultra limites ſuos proveſta  
 „incen-

*Merc. Gal-  
 leb. tom. 10.  
 l. 3. p. 77.*

Sæc. XVII. „incendium excitet, cui restinguendo  
 A. C. 1615. „postmodum sufficere nemo facile posset.

Ceterum congregati Ordines variis  
 propositionibus ultro citroque agitatæ  
 Conventum solverunt, animis haud  
 quaquam sedatioribus, donec horum  
 motus toties repetiti demum in gravif-  
 sima, quæ secuta sunt, bella erumperent.

## §. CIII.

*Continuatus Berlinensium tumultus  
 adversus suos Ministros.*

*Continuat.  
 antiq. part.*

*4. p. 196. &  
 265:*

*Merc. Gal-  
 lob. tom. 10.  
 .4. p. 50.*

Nondum plene deferbuit indignabun-  
 dus furor Berlinensium, qui ad  
 nudum Principis sui arbitrium Lutheri  
 Evangelium cum Calviniano commuta-  
 re jussi fuerant; hi equidem dolorem  
 suum tamdiu premebant, quamdiu Jo-  
 annes Sigismundus Brandenburgicus  
 Dux, qui Calvinianos Ministros immi-  
 serat, Berolini morabatur, eo autem  
 Cliviam evocato, ejusque fratre Joanne  
 Georgio absentis vices obeunte eorum  
 querimoniarum in apertam vim erupe-  
 re; postquam Reformatæ factionis Pa-  
 stores novæ sectæ principium, a tem-  
 plorum destructione sumpserant; eorum  
 enim jussu & opera primo factus est im-  
 petus in Basilicam urbis Berolini prima-  
 riam: securibus, malleis, ascis, omni-  
 que demolientium vi Baptistarium dir-  
 uitur